



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.
XII**

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De pomo combusto, zona crucis, quae circumligata fuerat, illaesa, cap. 33.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

tordis sui simplicitate, sic orauit, dicēs: Domine Deus, justus & misericors, si vñquam aliquem hominum his mensuris decepi, volo vt domus hæc comburatur: si autem feci quod rectum est in oculis tuis, precor iustitiam tuam, vt in hac hora misericorditer respicias necessitatem meam, & mihi meæque supellectili parcere digneris. Mira fides feminæ, mira Dei humilitas: is qui dixit: Qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis, ac si oratione fidelis viduæ conclusus fuisset, flamas, omnia in circuitu deuorantes, à domo eius compescuit, cunctis stupentibus, quod ignis furens materiam cremabilem lamberet, nec incenderet. Audinunc alia æquè miraculosa.

Matt. 7,

C A P V T XXXII.

A pud Susatiam, ciuitatem diœcesis Coloniensis, ciuiis quidam in hac vltima expeditione cruce signatus fuit. Eodem tempore, vt militem suum Deus tentaret, sicut legitur de sancto Job, permisit vt Iob 1. 5. domus eius incendio periret. Flammis verò sopitis, 2. cum omnia, quæ incendi poterant, in cinerem fuissent redacta, particula vestis eius, quam crux occupauerat, integra intra fauillas est reperta. Et mirati sunt omnes, tantam sanctæ crucis virtutem vbiique dilatantes. Simile miraculum in alio loco contigit, sicut audiui à magistro Ioanne Decano Aquensi.

C A P V T XXXIII.

R Etulit mihi & aliud de virtute crucis miraculū. Matrona, inquit, quædam crucem suscep̄ta pom̄o circumligauit, sicque super asserem iuxta pyropum, in quo ignis ardebat, vtrumque simul ponēs, abscessit. Casu, imò, quod verius est, Dei nutu, pomum cum cruce in carbones lapsum est. Post modicum femina reuersa, cum repositum quereret, nec inueniret, tristis de cruce, ignem perscrutata est. Et ecce, pomum vidi in carbonem redactum, zonam verò leuavit intactam. Quod pro magno miraculo reputans, prædicto Ioanni recitauit. APOLLONIVS: Satis est mirabile, quod idem elementū, eodē momē-

to!

to, sic in re diuersa naturam suam mutauit. CASA-
RIVS: Hoc fieri pro diuersitate meritorum quibusda
tibi pandam exemplis.

CAPV T XXXIV.

**al Ger-
vulus.*

GErhungus Scholasticus Bonnensis nuper ve-
niens de studio Parisiensi, historiam retulit sa-
tis mirabilem, recentiori tempore illam ase-
rens gestam. Familiam, inquit, cuiusdam viri nobilis
atque potentis de Francia meretrix speciosa seque-
batur, cum qua cùm multi indifferenter peccarent;
Clericus quidam religiosus, eiusdem nobilis capella-
nus, de subuersione familiae dolens, dominum his ver-
bis allocutus est, dicens; Omnis penè familia vestra
meretricis huius contubernio corruptitur, quorum
peccata omnia Deus de manu vestra requiret: & hoc
sciat nobilitas vestra, quòd meo seruitio carebitis, si
non fuerit amota. Mox illa vocatur, verba ei sacerdo-
tis intimantur, ad quæ sic respondit; Domine ex inui-
dia loquitur hæc, quia voluptati eius consentire no-
lui, idcirco me perlequitur. Illo respondente, menti-
ris, vir enim castus est. Illa mox subjunxit; Ego cele-
rius faciā vos experiri veritatem. Statim accedens ad
clericū, sub forma pœnitētis lachrymis perfusa, post
fictam confessionem adiecit; Domine tam vehemen-
ter de persona vestra tentata sum, nisi mihi consentie-
do, ignem à vobis succensum extinguatis, viuere non
potero. Ad quod verbum cùm se vir iustus signasset,
eamque illa hora verbis quibus poterat submouisset,
sequenti die iterum venit, verba iam dicta repetiuit,
hoc etiam adjiciens: Si non feceritis quod postulo, ec-
ce me ipsam interficio. Quo audito, cùm plurimum
timiceret, nec tamen aliquo modo libidini consentire
proponeret, respōdit: Ecce tali die, tali in loco, si vo-
lueris, tecum dormiam, dummodo te non interfec-
ris. Sic illa lētro animo recedēs, dominū suū mox adiit,
& quia capellanus suus sibi talia ac talia promisisset,
procacib⁹ verbis indicauit. Interim clericus scholati
suo præcepit, ut in designato loco lectū ex lignis pla-
nis compонeret, ligna arida cum stramine subjiceret;

deiu-